

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Heresis a
cum fontibus proximo et primo

Hereticus est qui pro alicuius temporalis commodi,
et maxime glorie principatusque sui gracia,
falsas ac nouas opiniones gignit uel sequitur.

Augustinus de diffinitionibus.

Sed finis haeresis est commodum temporale,
et maxime principatus et gloria,
quod pertinet ad vitium superbiae vel cupiditatis:
dicit enim Augustinus, in libro *de Util. Cred.*, quod
haeticus est qui alicuius temporalis commodi,
et maxime glorie principatusque sui gratia,
falsas ac nouas opiniones vel gignit uel sequitur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 11.1.2 (P. Caramello ed., p.64).

nunc uero cum inter haec duo plurimum intersit, quandoquidem
haeticus est, ut mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi
et maxime glorie principatusque sui gratia
falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequitur,
ille autem, qui huiusmodi hominibus credit,
homo est imaginatione quadam ueritatis ac pietatis inlusus:
cum haec ergo ita sint, non putauit apud te silendum esse,
quid mihi de inuenienda ac retinenda ueritate uideatur, cuius, ut scis,
ab ineunte adulescentia magno amore flagrauimus.

Augustinus Hipponensis, *De utilitate credendi liber*, 1.1 (CSEL 25.1,
I. Zycha ed., p. 3, ll.5-14).